



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita B. P. Ignatii Qui Religionem Clericorum Societatis Iesv instituit**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Ipris Flandrorum, 1612**

18. De miraculis diuinitus per eum factis, primumque de potestate eius in  
dæmones, tam in vita quam post morte[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45048**

## CAPVT. XVIII.

*De miraculis diuinitus per eum factis,  
primumque de potestate eius in demones,  
tam in vita quam post mortem.*

**Q**uia verò postremo quinti libri capite de miraculis breuiter egimus quasi nulla fecisset, aut ad demonstrandam eius sanctitatem necessaria non essent, statui nunc ea paulò fusius exponere, non omnia quidem (res enim nimis in longum excurreret) sed partem duntaxat eorum, quæ Deus efficere per seruum suum dignatus est. Quamuis enim cum anno CIO. IO LXXII. primùm vitam eius latinè scriberem, alia nonnulla miracula ab eo facta nouissem: tamen adeo mihi certa & explorata non erant, vt in vulgus edenda mihi persuaderem: postea verò quæstionibus de eius in diuos relatione publicè habitis grauibus & idoneis testibus fuerunt comprobata. Enimvero Deus vt seruum suum extollat in terris, tam frequentibus eum in dies mi-

F      raculis

raculis dignatur, ut mearum partium esse ducam litteris hic mandare nonnulla, è publicis actionibus sumpta quas habuerunt complures Antistites, iuratis etiam eorum, quibus ipsa hec admiranda contigerunt, aliorumque locupletissimorum & certissimorum testium testimoniis. Prætermisissis igitur iis quorum in eius vita mentionem fecimus, quæ multa magnaque sunt, predictionibus item aliisque præclaris Dei muneribus ac donis, miracula hic pauca de multis afferamus, quæ Deus huius B. Patris supplicatione perfecit.

Odi-  
um  
dæmo-  
num  
in ip-  
sum,  
eius  
que in  
illos  
pote-  
stas  
atque  
aucto-  
ritas.

Primum in maxima pollebat potestate & auctoritate in dæmones, in quem etiam ingens odium conceperant, ut hostem infestissimum eum insectantes quod & palam profitebantur. Nam Minorese cum esset, iam tum diabolus quasi fulgore collucens & ventus ei apparere conueuerat, quoad celesti lumine perfusus malum dæmonem esse cognouit, cuius unum studium erat, ut ipsum quoquo modo in fraudem induceret. Nec Minorese  
solum

solum, sed etiam inter peregrinandum, & Parisiis & Romæ, sed adeo tetra ac deformi specie, vt per contemptum facilè tanquam ignauum ac languidum canem scipione pelleret. Conatus est autem ille nequam & improbus tum præsertim ei terrorem iniicere Compluti cùm esset in hospitali domo Ludouici Antefanæ, sed frustra.

Romæ præterea secundum quietem eum præfocare tentauit & fauces eius ita oppressit; vt sanctissimum I E S U nomen inclamare cogeretur, idque tanta contentione vt multos post dies vox eius rauca permaneret. Aliàs cùm iaceret in lectulo cadebatur à spiritibus malis, frater vero quidam nomine Ioannes natione Catalaunus, qui rem semel & iterum mihi narrauit, sonitum quidem verberum audiuit, atque è lecto velut opem laturus surrexit, verum ei nihil admodum nocere Deo repugnante potuerunt. Et illi quidem quòd eriperet animas ex eorum vniuersibus Ignatius, ringebantur, adeo vt palam saepe clamarenti hostem se non

F 2 habere

habere maiorem. Anno CIO. IO. XLII  
 me audiente dixit diabolus qui ado-  
 lescentem quendam nomine Mattheum  
 affligebat, ne sibi nominaretur Igna-  
 tius, quòd esset omnium inimicorum  
 maximus. Idem Patauij dixit malo  
 spiritu miles afflatus, & Trepani in  
 Sicilia quædam mulier. Denique quã-  
 to Ignatium odio demones proleque-  
 bantur tantas, tamque atroces in eum  
 tempestates concitabant, vt inimici-  
 tias euidentissimè proderet quas cum  
 illo gerebant, quas tamen omnes Deo  
 opitulante vincebat.

Aspe-  
 ritiz  
 demo-  
 nia-  
 cam li-  
 bera-  
 mit.

Cùm Asperitiz moraretur in hospiti-  
 tali domo, mulier quartum iam an-  
 num spiritu nequam agitata ad eum  
 propter famam sanctitatis eius ad-  
 ducta est, vt sacris exorcismis eam  
 adigeret, proque eius salute Deum  
 obsecraret. Ille se sacerdotij non esse  
 decoratum insignibus magna animi  
 demissione respondit, nec existere  
 tanta in Deum sua merita, suppliciter  
 tamen pro ea rogaturum. Vt fidem  
 suam liberauit, mulier ab infesta dæ-  
 monis iactatione dimissa omnique  
 molestia

molestia liberata est. Romę Mattheum illum adolescentem in quem hostis communis humani generis atrocissimam sauitiam exercebat, eius tyrannide solis sermonibus & colloquutionibus eripuit in cubiculum cum eodem inclusus: quem ego iuuenem tam calamitatis quam incolumitatis eius tempore probè noui. Et hic ad sacram religiosorum familiam tandem aggregatus in solitaria domo Camaldoli, frater Basilius cognominatus est.

Anno CIO, IO. LIIII. posita sunt fundamenta Lauretani collegij Societatis cui regendo primus P. Oliuerius Manaræus præpositus fuit, qui adhuc apud Belgas in viuis est, vir admodum religiosus & pius & in Societate sua virtute celebris. Testatur ille, simul ac nostri nouam domum incolere cœperunt demones infestos fuisse, solitosque illos dies & noctes cuncta miscere. Iam enim strepitum excitabant, iam sese obiiciebant oculis vel Mauri, vel obscœni canis vel felis, vel alius animalis specie, neque nostros de

Collegium  
Laurentanum  
spiritibus  
malignis  
vexatum

nocte somnum capere patiebantur, cumque sacris operati fuissent, orationes, aquam lustralem, exorcismos, Diuorum reliquias, & alia id genus, frustra adhibuissent, idem P. Oliuerius de his B. P. Ignatium litteris certior fecit, atque eius fidem implorauit. Rescripsit ille vt Dei bonitati confiderent, esse propediem ab iis molestiis liberandos: ad se verò quod attineret, diuinum numen impensè oratione placaturum. Vt litteras accepit P. Oliuerius, mox domesticis omnibus conuocatis in communi cœtu eas recitauit, & ecce, dictu mirabile, iam tum omnia spectra, omnia dæmonum terriculamenta sic euanuerunt, vt in posterum nusquam apparerent eorum impressa vestigia. Atque hæc quidem P. nostro viuo adhuc & spirante contigerunt. Eo verò mortuo, cum Trepani in Sicilia mulier agitata spiritu nequam sacris adiurationibus adigeretur, Ioannes à Vega Sicilia Prorex accepto de eius morte nuncio, quamuis nondum emanasset in vulgus, ex ipsa quæri iussit, vbinam esset Pater  
Ignatius

Ignatius auctor Societatis IESV; re-  
spondit dæmon, inimicum suum cor-  
poris solutum ergastulo, ad auctores  
ac parentes aliorum Ordinum Domi-  
nicum & Franciscum in calis aggre-  
gatum.

Dæ-  
mon  
confi-  
tetur  
Patrem  
esse  
inimi-  
cum  
suum.

Anno MD. IO. LXXI. noui Senis in  
Italia puellam admodum probam &  
simplicem, Iacobam Prati nomine,  
pedissequam nobilis matronæ cuius-  
dam, quæ erat Archiepiscopi eiusdem  
ciuitatis amita. In hanc admodum  
dæmones erant infesti, eise videndos  
variis figuris exhibebant, eam mira  
crudelitate cædebant. Duodecim an-  
nis in ea calamitate versata est: vt ve-  
rò B Patris imaginem gestare cœpit,  
spiritus impuri quamuis oculis con-  
spicerentur, & hunc esse magnis cla-  
moribus inimicum suum testarentur,  
imaginem abiicere iuberent, eò ta-  
men audaciæ nunquam venterunt, vt  
ad eam vel accederent, aut attinge-  
rent. Verùm cum obiiceretur imago  
eorum adspectibus, demittebant ocu-  
los, aiebantque rem adeò sceleratam  
& impiam sese videre non posse. Ac



licet eos irritaret puella, licet ad se percutiendam vocelacesseret, quoad diu tamen imaginem secum habuit, verberibus eam appetere nunquam sunt ausi. Cùm autem curiosiùs experiri vellet, an hic dæmonum timor ab imagine B. Patris, an aliunde proficisceretur, eam seposuit, & ecce continuo dæmones in eam impetu facto tanta atrocitate verberarunt, vt velut mortuam reliquerint.

Hoc incommodo suo periclitata, statuit in posterum hanc imaginem nunquam deponere, qua velut clypeo tuta esset, adeoque formidolosa dæmonibus: qui cùm illam ferire non possent, feriebant parietes cubiculi & cistas & qualos. Nec illud ab simile quod Anconæ anno c10. 10. xcix. cuidam ludimagistro contigit. Hic auditis domi suæ lemuribus, qui principio cubiculum eo absente verrebāt, lectum componebant, lumen afferebant, postea verò omnia turbabant, imagine B. Patris in cubiculo collocata, nullum deinceps in eò sensit incommodum, quamuis extrà magnos  
excitatus

excitarent strepitus, ianuas fenestrasque aperirent & clauderent, & quaedam inter se collisione tympanorum sonitum imitarentur. Verùm iisdem in locis etiam posita B. Patris imagine cunctus fragor conquieuit omnisque terror abscessit.

Dum anno CIO. IO. XCVII. octavo Romæ  
 Id. Iul. Romæ in ædes sacra dæmon ad- femi-  
 iuratur. P. Ioannes Baptista Peruscus nam à  
 lipsanothecam multis Diuorum at- dæmo-  
 que inter cæteras etiam B. Patris reli- ne li-  
 quiis instructam sinu gestans, in eam berat.  
 Deo supplicaturus ingreditur. Hic in  
 ipso introitu diabolus, eo quod secum  
 Pater gerebat vri se magno clamore  
 conqueritur. Sacris igitur exorcismis  
 adactus vt dicat quid sit illud, confite-  
 tur esse reliquias B. Patris Ignatij ma-  
 gni serui Dei, auctoris Societatis I E-  
 s u, eum in cælo beatam vitam agere,  
 iam quidem incognitum, sed in terris  
 breui consecrandum. Tum P. Perus-  
 cus lipsanothecam accepit, qua collo-  
 miserę mulieris iniecta, dæmon vlulat,  
 & reliquiis huius Patris vri se vocife-  
 ratur, denique à muliere abscedit Deo

volente, vt tantum beneficium precibus B. Patris ferret acceptum,

Alia  
in Ma-  
iorica  
libera-  
ta.

In vrbe insulæ Balearicæ maioris femina Catharina Roca nomine, duodecim pene annis quotidie fuit à dæmone vexata. Iam manus eius & caput ad parietem allidebat, iam tollebat altius, atque ei tantam grauitatem ac pondus addebat, vt duo viri benevalentes & robusti iunctis viribus nõ possent vel vnum digitum à terra sustollere. Nonnunquam more furiosi canis latrabat, aliàs grunniebat vt sus, à iudicio frequenter & sensibus alienata in ore spumas agebat. Res erat commiseratione dignissima, tot quæsitis vndique remediis non potuisse sanari. Tandem anno CIO. IO. XCIIIX. precipitante Augusto mense, sacerdos quidam Ioannes Pe nomine, autographū B. P. Ignatij nomen capiti miserimæ mulieris imposuit tum cū sensibus esset destituta: illa verò furiosos & inusitados toto corpore atque ore præsertim gestus egit, tum demum diabolus emigravit, liberamque ac sanam reliquit. Illa porrò sese honestè subduxit,

xit,

xit, Deoque precibus Ignatij recuperata valetudinis gratias egit.

Montischala locus est in agro Senensi, ibi quandam virginem nomine Mnam, filiam Gratiani Galæ, maligni spiritus grauer affligebant, ei frequenter corporea & adspectabili forma apparentes, illicientesque instuprum. Sed cum animaduertent consensum se extorquere non posse, adeo crudeliter eam tutuderunt, vt corpus tumore ac liuore decoloratum relinquere. Verum hoc eam malo Deus imaginis B. P. Ignatij applicatione liberauit.

Alia  
Senensis.

## CAPVT. XIX.

*Memorabilis item quarundam sororum Mutinensium, ab infestatione demonum per Ignatij merita liberatio.*

Sed istud animaduersione est dignius, planioremque facit quam a Deo accepit in dæmones potestatem, eodem hoc anno c10. 10 c. Mutinæ ciuitate Longobardiæ contigit, quod hic exponam eo modo quo ibi perscrip-